se Augusti tempore Domini Raynaldi Archiepiscopi constructa est de novo tota navis ecclesiae Ursianae]. Ejus tempore Balena Ravennae reperta est in ripa maris. Obiit anno Domini MCCCXXI, die XVIII augusti. Sepultus est in ecclesia majori de Ravenna in Archa juxta altare sancte Mariae in medio ecclesiae.

De Raynaldo
Archiepiscopo LXXXVI.[a]

Raynaldus LXXXVI de Polenta. Ipse fuit per Ostasium ejus consanguineum[b] interfectus.

De Aimericho
Archiepiscopo LXXXVII.

Aimericus LXXXVII de Castro-Luci Capellanus Domini Papae, fuit Comes Romandiolae, qui translatus est ad Episcopatum Carnotensem, et subsequenter Cardinalis[c] sancte Romanae ecclesiae.

De Guido
Archiepiscopo LXXXVIII.

Guido de Tripoli de Reggio, vir literatus, modicum vixit[d], qui sepultus est Bononiae in ecclesia fratrum minorum ante Cam-

a) LXXXVII
b) consanguineus
c) cardinalem
d) vixit